



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

XXXVII. Evergervs. XVI. Arch.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

bus in Imperio concedi solita. Verùm Geronis partes æquissimas in se suscepisse visus est Genius tutelaris, cùm Cæsarem dormientem sui muneris commonefecit, ut læso Geroni satisfaceret. In extasin non rarò abripi, & exanimi similem decumbere, cùm sciret perbene Warinus Coloniæ inter Diaconos Supremus, id commodum suum ratus, vivum ocyùs sepulchro intulisse scribitur Geronem, cùm annis 7. sedisset an. 976. maturè nimis sepultus. Cæterùm ante alios D. Geronem colunt claustra Gladbachensia, quorum author extitit.

XXXVI. WARINVS, XV. ARCH.

Warinus votis suis parùm religiosus damnatus; atque in Solium Coloniensè plurium electorum Canonico- rum calculis promotus, optata tamen pace nequaquam frui potuit; conscientia enim stimulis potenter adeò fuit agitatus, ut Romam usque profectus, scelus suum palàm fecerit Benedicto VII. Romano Pontifici, à quo pœnitentiæ causâ iussus est D. Martini monasterium Coloniæ vel instaurare, vel funditus condere; teste igitur eodem monasterio animi labes ædificiis sacris eluit, & 8. annorum compendio desideratam adeò Sedem Coloniæ possedit an. 984. mortuus.

XXXVII. EVERGERVS, XVI ARCH.

Evergerus ob singularem modestiam, animi moderatio- nem & solitudinis amorem laudatus multùm, Archipræ- sulum illorum fuit omnium ultimus, qui Electores non fuerunt in Imperio: periodum proinde hanc claudat, qui vitam clausit an. 997.

SE

X